

tia, nigri alicuius sumi instar, separatur. Et illum nigrum
 fumum Veteres nigrum coruum, essentiam vero corui-
 num caput appellarunt. Diestam itaque istam separatio-
 nem probet obseruare oportet: ex illa siquidem Vete-
 res sapientes ansam occasionemque sumserunt, vt tres
 naturas, vtpote vegetabiles, animales, & minerales in-
 quisierint, & tantum ex ea didicerint, quod naturarum
 separatio nihil aliud, quam coctionis in natura defectus,
 existiterit. Illas dein aliquanto altius perpenderunt, quo-
 modo videlicet istis essentiis, quæ per naturam infirmissi-
 me coctæ, per vulgarem ignem modo naturali subueniri
 possit, vt essentiæ, quæ jam sunt comburibiles, & liquo-
 res suos (quos Veteres ex inuidia, Mercurium nomina-
 runt) qui nigri ab essentia separantur, arte perfectæ reddi
 possint, adeo vt essentiæ per liquorem à combustionē tu-
 ta custoditaque maneant, & liquor sese ab essentia non
 separari queat. Illud Veteres sulphur nostrum appella-
 runt, juxta hancce namque præparationem essentia non
 amplius vegetabilis neque animalis, sed nunc coctio mi-
 neralis aliqua essentia facta est, & ideo sulphur dicitur:
Essentia enim nihil est aliud, quam ignis aliquis elemen-
taris, & liquor ejus, qui à combustionē custoditur, verus
elementaris aer est, adeo vt, cum aer à natura calidus &
humidus, ab inuidis Mercurius appelletur. Aer siquidē
 naturam ignis in se complectitur, & iterum elementaris
 ignis naturam aeris in se habet, adeo vt, additione suo-
 rum similium, vera conjunctio à duobus istis fieri opor-
 teat. Illud corporales materiæ sunt, vtpote ignis, & a-
 qua, quæ nobis sunt visibiles. Sunt autem corporalia ista
 elementa nihil aliud, quam essentiis elementorum coad-

Ii 3 jutori-

255. Turb. p.
6

256. 267.

257. 258. 268.